

dicium adventu, habetq; certas suas, quare utramq; materiam conjungat, rationes. Primo enim respondet discipulis suis, prout ab ipsis erat interrogatus. Interrogabant autem illum, cum Hierosolymarum interitū prædiceret, de utroq; dicentes: Dic nobis, quādo hæc erunt, & quodnam signum adventus tui. Putabant enim impossibile esse, ut Hierosolymæ tam egregiè extructæ ante extremum diem devastarentur. Secundo vult etiam harum materiarum conjunctione ostendere, eadem signa & Hierosolymarum interitum, & mundi finem antecessura. Licet autem hoc Evangelium propter diversitatem materiarum sit difficile, facilius tamen intelligi poterit, si utraq; materia seorsim consideretur. Quapropter perpendamus.

Marc: 13

Mat: 24.

I. *Concionem Christi de Hierosolymarum devestatione.*

II. *De ipsis adventu ad judicium.*

DE I. LOCO.

Circa concionem C H R I S T I, quam habet de devestatione Hierosolymarum considerentur.

I. Signa antecedentia, utpote sunt:

¶ Abominatio desolationis: id est, de solatio-